



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

I. Disputatur de Psalm. 18. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IX.

433

*ham, Non modo confundetur Jacob, nec modo
vultus ejus erubescet: sed cum viderit filios
suos, opera manuum mearum, in medio sui san-
ctificantes nomen meum, & sanctificabant san-
ctum Jacob, & Deum Iſraēl predicabant, &
scient errantes spiritu intellectum, & mufita-
tores dicerent legem.*

*Ila. 52. 6, & seq. Propter hoc sciet populus
meus nomen meum in die illa, quia ego ipse
qui loquebar, ecce adsum. Quam pulchri super
montes pedes annuntiantis & predictantis pa-
cem; annuntiantis bonum, predictantis salutem,
dicens Sion, Regnabit Deus tuus! Vox spe-
culatorum tuorum, levaverunt vocem, simul
lausabunt; quia oculo ad oculum videbunt, cum
converterit Dominus Sion.*

*Ila. 66. 19, 20. Mittam ex eis qui salvati
fuerint ad gentes in mare in Africam & Ly-
diā tendentes sagittam, in Italiā & Gra-
ciā, ad insulas longe, ad eos qui non audie-
runt de me, & non viderunt gloriam meam.
Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, &
adducunt omnes fratres de cunctis gentibus do-
num Domini.*

*Nahum 1. 15. Ecce super montes pedes evan-
gelizantis & annuntiantis pacem: celebra Ju-
da festivitates tuas, & reddac vota tua: quia
non adjicies ultra ut pertranscat in te Belial:
universus interiit.*

*tertia die, & predicari in nomine ejus pa-
tentiam, & remissionem peccatorum in omnes
gentes, incipientibus ab Ierosolyma.*

*Act. 2. 4. Repleti sunt omnes (Discipuli Je-
su) spiritu sancto, & cuperant loqui variis
linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.*

*Act. 5. 42. Omnes autem die non cessabant
(Apostoli) in Templo & circa domos, docen-
tes & evangelizantes Christum Iesum.*

*Act. 8. 5. Philippus autem descendens in
civitatem Samariae, predicabat illis Christum.*

*Act. 9. 20. Et continuo in synagogis pre-
dicabat (Paulus) Iesum, quoniam hic est Fi-
lius Dei.*

*Act. 10. 42. Et praecepit (Iesus) nobis (Apo-
stolis) predicare populo, & testificari quia ipse
est qui constitutus est a Deo index vivorum
& mortuorum. Et Act. 11. 26. & 13. 2, & seq.
& 21. 31. & alibi saepe in Actis.*

*Rom. 1. 8. Primum quidem gratias ago Deo
meo per Iesum Christum pro omnibus vobis
quia fides vestra annuntiatur in universo
mundo.*

*Rom. 10. 14, & seq. Quomodo credent ei
quem non audierunt? quomodo autem audient
sine predicante? quomodo vero predica-
bunt nisi mittantur? sicut scriptum est:
Quam speciosi pedes evangelizantium pa-
cem, evangelizantium bona! Sed non omnes
obedient Evangelio: Isaías enim dicit, Domi-
ne, quis creditis auditui nostro? Ergo fides ex
auditu, auditus autem per Verbum Christi.
Sed dico, numquid non audierunt? Et qui-
dem in omnem terram exiit sonus eorum, &
in fines orbis terra verba eorum.*

*Rom. 15. 19, & seq. Ita ut ab Jerusalem per
circumiacitatem, usque ad Illyricum, repleverim Evan-
gelium Christi. Sic autem predicavi Evan-
gelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne
super alienum fundamentum edificarem, sed
sicut scriptum est, Quibus non est annun-
tiatum, de eo videbunt; & qui non audierunt,
intelligent. Et 1. Cor. 1. 23. & 2. 1. & 9. 14. &
15. 1. 2. & 2. Cor. 1. 19. & 4. 5. & Gal. 2. 2.
& 1. Thess. 2. 9. & alibi saepe in Epistolis.*

*Col. 1. 23. Immobiles a spe Evangelii, quod
audistis, quod predicatum est in universa crea-
tura que sub celo est; cuius factus sum ego
Paulus minister.*

*1. Joh. 1. 2, 3. Annuntiamus vobis vitam
eternam que erat apud Patrem, & apparuit
nobis; quod vidimus & audivimus, annun-
tiamus vobis.*

I. *H*oc è decimo octavo Psalmo testimoniū, ut Davidis p̄sona à Paulo in Disputatur
Epistola ad Romanos allegorice expositam, non ut p̄sona in argu- De Psalm:
mentum propolitam afferimus. Quod conteftato denuntiatum volumus, ne nobis ne- 18. 5.
gotium facilliant Adversarii, quali Scripturæ sacre vim inferamus.

